Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber secvndvs de rhetorica [...]

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

ſunt que etſi facta non ſunt· fieri tamen poſſunt. Fabule vero ſunt que nec facta ſunt nec fieri poſſunt· quia cōtra naturā ſunt

INCIPIT · LIBER · SECVNDVS · DE · RHETORICA · ET · EIVS · NOMINE. Ca·i·

RHETHORICA · EST · BENE · DICENDI · SCIENTIA · IN · CIVILIBVS · QVAESTIONIBVS · AD · perſuadendum iuſta et bona in rerum perſonarumq; negocii cauſa. Dicta autem rhethorica greca appellatiōe a poturhetoreſin id eſt copia locutionis. Rhesis enim apud graecos locutio dicitur·rhetor orator. Coniuncta eſt aute grammatice arti rhetorica. In grammatica enim ſcientiā recte loquēdi diſcimus. In rhetorica vero percipimus qualiter ea q̄ didicimus proferamus.

De. Inuentoribus rhetorice artis. Ca·ii

Hec autem diſciplina a graecis inuenta eſt·a. Gorgia·Ariſtotele. Hermagora·& tranſlata ī latinum a tullio videlicet & ticiano·& quintiliano·ſed ita copioſe·ita varie·vel pro ſcietia vel pro loquacitate verborum·ut eā lectori admirari in promptu ſit·comprehendere impoſſibile. Nā membranis retentis quaſi accreſcit aliter adhereſcit memorie ſeries dictionis aliter diſtinctionis· ac mox repoſitis recordatio omis hominis elabitur. Huius diſcipline perfecta cognitio oratorem facit.

De. Nomine oratoris·& partibus rhetorice Ca·iii

Rator eſt igitur vir bonus·dicēdi peritus· vir bonus conſiſtit natā·moribus vita·artibus. Dicēdi pitus conſiſtit artificioſa eloquentia·que conſtat partibus q̄nq; inuentione·diſpoſitione·elocutione·memoria· pronunciatione· et fine officii· quod eſt aliquid perſuadere. Ipſa autē peritia dicendi in tribus rebus conſiſtit·natura·doctrina·vſu. Natura ingenio·doctrina·ſcientia·vſu aſſiduitate. Haec ſunt enim que nō ſolum in oratore·ſed in vnoquoq; homine artifice expectantur ut aliquid efficiatur.

De. Tribus generibus cauſarum Ca·iiii

Genera causarum tria sunt·deliberatiuū·demonstratiuū·iudiciale. Deliberatiuū genus est·in quo de qbuslibet vtilitatibus vitae quid aut debeat·aut non debeat fieri tractatur. Demonstratiuum·ī quo laudabilis persona aut reprehensibilis ostenditur. Iudiciale·in quo de ipsius personae facto·aut poene·aut premii sententia datur. Dictum autem iudiciale·eo q̃ iudicet hominem· & sententia sua ostendat vtrum laudabilis premio dignus sit·aut certe reus condemnari·liberari ve supplicio. Deliberatiuum genus vocatur eo q̃ de vnaquaq̃ re in eo deliberatur. Huius genus duplex est·suasio·& dissuasio id est de expectando & fugiendo·id est de faciendo·& non faciendo. Suasoria autem ī tribus modis vel locis diuidit·honesto·vtili & possibili·Haec differt aliquid a deliberatiua·q̃a suasoria eget altera persona·deliberatiua interdum et apud se agit. In suasoria autem due sunt·que plus valent· spes·& metus. Demonstratiuum autem dictum·q̃ vnamquāq̃ rem aut laudando·aut vituperando demonstrat. Quod genus duas habet species·laudem et vituperationem. Laudis ordo tribus tēporibus distinguitur. Ante ipm. In ipm. Post ipm. Ante ipm·ut. Que te tā leta tulerūt secula. In ipm·ut. O sola infandos troie miserata labores Post ipm·ut. In freta dum fluuii currunt·dum montibus vmbre lustrabunt. Semper honos nomenq̃ tuum laudesq̃ manebunt. Pari ordine econtrario & in vituperatione hominis haec forma seruanda est. Ante hominem. In hominem. Post hominem. Locus cōmunis ad demonstratiuū vituperationis genus pertinet. Quod tamen ab eo in aliquo differt Nam vituperatio que contraria est laudi·specialiter ad incertam facientis persona adhibetur. Communis vero locus generaliter in facti crimine preponit. Vnde et cōmunis locus dicitur·quia absente persona non tantum in homine quantum in ipsum crimē exponitur. Omne enim vicium non in vno tantum· sed etiam cōmune in pluribus inuenitur.

De. Gemino statu causarū. Ca·v

Status apud rhetores dicitur ea res in qua causa consistit·id est constitutio. Graeci enim statū a cōtentiōe istasim dicunt. Latini autem nō solum a pugna per quam expugnent propositionē aduersarii·sed q̃ ī eo pars vtraq̃ consistat. Fit autem ex intentione·& depulsione. Status autem causarum duo sunt·rationalis·& legalis. De rationali oriuntur

coniectura·finis·qualitas·translatio. De fine iudicialis & nego/
cialis. De iudiciali·absoluta·& assumptiua. De assumptiua·con
cessio·remotio·criminis relatio· criminis compensatio. De con/
cessione·purgatio· & deprecatio. Coniecturalis status est cum
factum quod ab alio obiicitur·ab alio pernegatur. Definitiuus
status est·cum id quod obiicitur·non hoc esse contenditur· sed
quid illud sit adhibitis diffinitionibus approbatur. Ipa & con/
stitutio generalis dicitur. Qualitas ē· dum qualis sit res queritē·
et quia de vi & genere negocii controuersia agitur· constitutio
generalis appellatur. Translatio ē cum causa pēdet ab eo·quod
non aut is agere videtur quem oportet·aut nō apud quos·quo
tempore·qua lege·quo crimine·qua pena oporteat. Translatiua
constitutio ē·quod actio translationis et cōmutationis indige/
re videtur. Iudicialis ē·in qua equi & recti natura & premii aut
poene ratio queritur. Negocialis ē·in qua q̄d iuris ex ciuili mo
re & equitate sit consideratur. Assumptiua ē·que ipa ex sē nihil
dat firmi ad recusationem·foris autem aliquid defensionis assu
mit. Concessio ē·cum reus omnis non id quod factum ē defen/
dit·sed ut ignoscatur postulat. Quod nos ad penitētes ꝓbamus
pertinere. Remotio criminis ē·cum id crimen quod infertur ab
se & ab sua culpa vi & potestate in alium reus dimouere conatur
Relatio criminis ē· cum ideo iure factum dicitur· q̄ aliqs ante
iniuriam lacessitus sit. Comparatio ē·cum aliud aliqua alterius
factum honestum·aut vtile· contēditur· quod ut fieret illud q̄d
arguitur dicitur esse commissum. Purgatio ē·cum factum qui/
dem conceditur·sed culpa remouetur. Nec partes habet tres·im/
prudentiā casum· necessitatē. Deprcatio ē ·cum et se peccasse &
consultu peccasse reus confitetur·et tamen ut ignoscat postulat
Quod genus praro potest accidere. Item ex legali statu haec ori/
untur·id ē scriptum & voluntas·legis contrarie ambiguitas·col
lectio siue ratiocinatio·& diffinitio legalis. Scriptū & volūtas ē
quando verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere.
Legis contrarie status ē·quando inter se due leges aut plures dis
crepare videntur. Ambiguitas ē·cum id quod scriptum ē·duas
aut plures res significare videtur. Collectio vel ratiocinatio est·
quando ex eo quod scriptum ē aliud quoq; quod nō scriptum
est inuenitur. Diffinitio legalis ē cum vis verbi quasi in diffini/
tiua constitutione in qua posita sit queritur. Status ergo tam

rationales q̃m legales a quibusdam certius· xviii· connumerat
sunt. Ceterum secundum rhetoricas tullii·xviiii·reperiunt·prop
terea quia translationē inter rationales principaliter affixit sta/
tus. Inde se ipe etiam cicero reprehēdens translationē legalibus
statibus applicauit·

De. Tripertita controuersia Ca·vi

Tripertita controuersia iuxta ciceronem aut simplex ē
aut iuncta Et si iuncta erit considerandum est vtrū
ex pluribus questionibus iuncta sit·an ex aliqua cō
paratione. Controuersia simplex est·que absolutā continet vnā
questionem· hoc modo. Corinthiis bellum indicimus·an nō?
Iuncta est ex pluribus questionibus· in qua plura queruntur·
hoc pacto. Vtrum carthago diruatur·an carthaginensibus red/
datur·an eo colonia deducatur. Ex comparatione in qua per cō
tentionem vtrum potius aut qd potissimum queritur·ad hūc
modum. Vtrum exercitus in macedoniam contra philippum
mittatur qui sociis sit auxilio· an teneatur ī italia·aut q̃m maxi/
me contra hannibalem posite copie sint.

De. Quatuor partibus orationis Ca·vii·

Arte oratoris in rhetorica arte quatuor sunt. Exor/
dium. Narratio. Argumentatio. Conclusio. Harum
prima auditoris animum prouocat. Secunda res ge/
stas explicat. Tercia fidem assertiōibus facit. Quarta finē tocius
orationis complectitur. Inchoandum est itaq; taliter·ut beniuo
lum·docilem·vel attentū auditorem faciamus. Beniuolum pre/
dicando. Docilem instruendo. Attentum excitando. Narrandū
est ita·ut breuiter atq; apperte loquamur. Argumētandum est
ita·ut p̄mum nostra firmemus·deinc aduersa confringamus.
Concludendum est ita· ut concitemus animum audientis im/
plere que dicimus.

De. Quinq; modis causarum. Ca·viii

Species causarum sunt quinq;. Honestū. Admirabile·
Humile. Anceps. Obscurum. Honestū causae genus
est·cui statim sine oratione nostra fauet animus au/
ditoris Admirabile est·quo est attentius vel alienatus animus
eorum qui audituri sunt. Humile est quod negligitur ab audi/
tore·& nō magnopere attendendū videtur. Anceps est in quo
aut iudicatio dubia est. Aut causa honestatis & turpitudinis

particeps·ut & beniuolentiam pariat & offensam. Obscurum in quo aut tardi auditores sunt·aut difficilioribus ad cognoscẽdum negociis causa cernitur implicata.

De. Sillogismis rhetoricis. Ca·ix

Sillogismus graece· latine argumentatio appellatur. Argumentatio autem dicta est·quasi argute mentis oratio·qua inuentum probabile exequimur. Silogismus igitur est propositionis et assumptionis·confirmationisq; extrema conclusio· aut ex ambientis incerto·aut ex fiducia comprobãtis. Constat enim tribus partibus. Propositione. Assumptione. Conclusione. Propositione·utputa·quod bonum est·turpem vsum habere non potest. Consensit audiẽs. Assumpsit ille Pecunia turpem vsum habet. Concluditur. Ergo·pecunia non est bonum. Sillogismis autem nõ solum rhetores·sed maxime dialetici vtuntur·Licet apostolus sepe proponat·assumat·confirmet· atq; concludat·que ut diximus proprie artis dialetice atq; rhetorice sunt. Sillogismoꝝ apd̃ rhetores pn̄cipaliter gen̄a duo sunt. Inductio·&. Ratiocinatio. Inductionis membra tria sunt. Prima propositio. Secunda illatio·que & assumptio dicit̃. Tercia conclusio. Inductio est·que pro rebus non dubiis captat assensionem eius cum quo instituta est· siue inter philosophos· siue inter rhetores·siue inter sermocinantes. Propositio inductionis est· que similitudines concedende rei necessario vnius inducit·aut plurimorũ. Illatio inductionis est·que & assumptio dicitur·que rem de qua contenditur & cuius cause similitudies habite sunt introducit. Conclusio inductionis est·que aut concessione illationis confirmat aut quid ex ea conficiatur declarat Ratiocinatio est oratio·qua id de quo est questio com,pbatur· Enthimema igitur latine interpretatur mentis conceptio· quã imperfectum sillogismum solent artigraphi nuncupare. Nam in duabus partibus eius argumenti forma consistit·quando id quod ad fidem pertinet faciendam vtitur sillogismorum lege preterita·ut est illud. Si tempestas vitanda est·non est igitur nauigandum. Ex sola enim propositione constat esse perfectum· vnde magis rhetoribus q̃m dialeticis conuenire iudicatum est. Ratiocinationis duo sunt modi. Primus enthimema que ẽ imperfectus sillogismus atq; rhetoricus. Secundus epithirema q̃ est in rhetoricis & latior sillogismus. Enthimematis membra

sunt·v. Primum conuincibile. Secundum ostentabile. Tercium sententiale. Quartum exemplabile. Quintum collectiuum. Conuincibile est· quod euidenti ratione conuincit· sicut fecit cicero pro milone. Eius igitur mortis sedetis vltores·cuius vitam & si putetis per vos restitui posse nolitis. Ostentabile est quod certa rei demonstratiõe constringit·sicut cicero in catilina. Hic tamẽ viuit·immo viuit & iam in senatu viuit. Sentenciale est·quod sententia generalis addicit·ut apud terrẽ·tium. Obsequium amicos·veritas odium parit. Exemplabile ẽ quod alicuius exempli comparatione euentum similem cõminatur·sicut cicero in philippicis. Te miror antoni quorum exempla imitaris·eorꝝ exitus non pertimescere. Collectiuum est·cum in vnum q̃ argumentata sunt colliguntur· sicut ait cicero pro milone. Quem igitur cum gratia noluit·hunc voluit cum aliquorum querela·quem iure quem loco· quem tempore nõ est ausus·hunc iniuria·alieno tempore· cũ periculo capitis nõ dubitauit occidere. Preterea secundum victorinũ enthimematis est altera diffinitio ex sola propositiõe· sicut iam dictum est·que ita constat. Si tempestas vitanda est· non est nauigatio requirenda·ex sola assumptione· ut est illud. Si inimicus est·occidit. Inimicus autem est. Et q̃ a illi deest conclusio enthimema vocatur. Sequitur epicherema descendens de ratiocinatione latior & executior rhetoricis sillogismis latitudine distans· & productione sermonis a dialeticis sillogismis·propter quod rhetoribus datur. Hic autem constat modis tribus. Primus modus tripertitus est. Secundus quadripartitus. Tercius quinqꝫpartitus. Tripartitus epicherematicus sillogismus est·qui constat membris tribus·id est propositione assumptione·conclusione. Quadripartitus ẽ·qui constat ex mẽbris quatuor. Prima propositione. Secunda assumptiõe·et vna propositionis siue assumptionis coniuncta. Tercia probatione et conclusione. Quinqꝫpartitus ẽ·qui constat ex membris quiqꝫ id est. Prima propositione. Secunda eius probatiõe. Tercia eius assumptione. Quarta eius probatiõe. Quinta conclusione. Hũc cicero ita facit in arte rhetorica. Si deliberatio & demonstratio genera sunt causarum· nõ possunt recte partes alicuius generis cause putari. Eadem enim res alii genus·alii pars esse potest. Idẽ genus & pars non potest·& certa quousq̃ sillogismi huius mẽbra claudantur.

De. Lege·

Ca·x

LEx est constitutio populi quam maiores natu cum plebibus sanxerunt. Nam quod rex aut imperator edicit constitutio vel edictum vocatur. Institutio eq/tatis duplex est·nunc in legibus·nunc in moribus. Inter legem autem & mores hoc interest·q̃ lex scripta est·mos vero vetusta/te ꝓbata consuetudo·siue lex conscripta. Nam lex a legendo vo/cata·quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est·de mori/bus tracta tantundem Consuetudo autem ius quoddã mori/bus institutũ·quod pro lege suscipitur cũ deficit lex. Nec differt scriptura an ratione consistat·quando & legem ratio cõmendat Porro si ratiõe lex consistat·lex erit omne iam quod ratione cõ/stiterit·dumtaxat quod religioni congruat· quod discipline cõ/ueniat·quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo·quia est in communi vsu. Omnis autem lex aut ꝓmittit aliquid· ut vir fortis petat p̃mium. Aut vetat·ut sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat. Aut punit· ut qui cedem fecerit·capite plectat̃ Facte sunt leges·ut earum metu humana coherceatur audacia· tutaq̃ sit inter probos innocentia· & in ip̃is improbis formida/to supplicio refrenetur nocẽdi facultas. Legis enim premio· aut pena vita moderatur humana. Erit autẽ lex honesta·iusta·possi bilis·secundum naturam·secũdum consuetudinem patrie· loco· temporiq̃ cõueniens·necessaria·vtilis·manifesta quoq̃· ne aliqd per obscuritatem in captione contineat·nullo priuato cõmodo· sed pro communi ciuium vtilitate conscripta.

De. Sententia. Ca·xi

SEntentia est dictum impersonale·ut. Obsequiũ ami/cos·veritas odiũ parit. Huic si persona fuerit adiecta crian erit·ita offendit achilles agamennonem vera di cendo·metrofanes ꝓmeruit gratiã mitridatis obsequendo. Nã inter crian & sententiam hoc interest· q̃ sententia sine persona profertur·crian sine persona nunq̃m dicitur. Vnde si sententiae persona adiciatur fit crian·si detrahatur fit sententia.

De. Catasceua &. Anasceua. Ca·xii

CAtasceua est confirmatio ꝓposite rei. Anasceua autẽ contraria superiori est. Reuincit enim non fuisse aut non esse quod natum·aut factum·aut dictum esse ꝓ ponitur·ut siquis chimeram neget fuisse confirmet. Inter has et thesin hoc interest q̃ thesis q̃muis et ip̃a habeat disputationem

in vtramq; partem·tamen incerte rei quasi quedam deliberatio vel cohortatio est. Catasceua autem & anasceua in his rebus q̃ verisimiles non sunt· sed pro veris ponuntur plerũq; versantur Anasceue prima diuisio est inconueniens & mendacium. Incõ uenientis species sunt· quod inhonestum est· & quod inutile. Item inhonestum tractatur·aut ĩ dictis·aut in factis. In dictis ut siquis indecora & non respondentia auctoritate dixisse dicat velut si aliquis infamet catonem censorium iuuentutem illam ad nequiciam & luxuriam cohortatum. In factis· ut siquis ab/ horrens aliquid a sanctimonia et nomine suo fecisse dicatur·ut est fabula de adulterio martis & veneris. Mendaciũ tres habet species. Incredibile quod factum esse non credatur·ut adolescen tem qui de siculo litore ingredientes affricam classes videret. Im possibile est ut clodius insidias miloni fecerit· & idẽ occisus sit a milone. Contrarium est. Nam si insidias fecit occidit. Occisus est·non fecit insidias. Nec distributio in contrarium reformata catasceue proderit. Oportebit credendum esse. Oportebit tamen principia sic ordinare·ut aut credendum esse veterũ auctoritati· aut fabulis fidem non habendam esse dicamus·& ad id postre/ mum in anasceua requiramus·ne qd aliud significare voluerint qui ista finxerunt· ut scillam non marinam· sed maritimam fe/ minam·nec succinctam canibus sed rapacem aliquam & inho/ spitalem venientibus extitisse.

De. Prosopopeia Ca·xiii

Prosopopeia est cum inanimalium & persona & ser/ mo fingitur. Cicero ĩ catilina. Etenim si mecũ patria meaq̃que michi vita mea multo est carior loqueret· dicens & cetera. Sic & montes & flumina vel arbores loqntes inducimus· personam imponentes rei· que nõ habet naturam loquendi· quod & tragedis vsitatum est· & in orationibus fre/ quentissime inuenitur.

De. Ethopoegian Ca·xiiii

Ethopoegian vero illam vocamus· in quã hominis personam fingimus·pro exprimendis affectibus eta/ tis·studii·fortũe·laeticie·sexus·meroris·audacie. Nam cum pirate persona suscipitur·audax·abrupta· temerata erit ora/ tio. Cum femine sermo simulatur· sexui debet conuenire oratio Iã vero adolescentis·& senis·& militis· & impatoris·& parasiti

et rustici·et philosophi diuersa oratio est dicenda aliter dicendi
Aliter enim loquitur gaudio affectus·aliter vulneratus·In quo
genere dictionis illa maxime sunt cogitanda·quis loquatur·&
apud quem·& de quo·& vbi·& quo tempore·quid egerit·quid
acturus sit·aut quid pati possit si haec consulta neglexerit.

De. Generibus questionum. Ca·xv·

Genera questionum duo sunt· quorum vnum est fi/
nitum·alterum infinitum. Finitum ipothesis graece
latine causa dicitur·vbi cum certa persona cōtrouersia
est. Infinitum quod graece thesis· latine propositum nominat.
Hoc personam nō habet certam· nec inest ei aliqua certa circū/
stantia·id est nec locus·nec tempus. In causa vero certa omnia
sunt·vnde quasi pars causę est propositum.

De. Elocutione. Ca·xvi

Am vero in elocutionibus illo vti oportebit· ut res·locus·tem/
pus·persona audientis efflagitat·ne profana religiosis·ne inuere
cunda castis·ne leuia grauibus·ne lasciua seriis·ne ridicula tristi
bus misceantur Latine autem & perspicue loquendū. Latine
autem loquitur·qui verba rerum vera & naturalia persequitur·
nec a sermōe atq; cultu presentis temporis discrepat. Huic non
sit satis videre q̄d dicat· nisi id quoq; suauiter & apperte dicere;
ne id quidem tantum nisi id quod dicat & facere.

De. Trimodo genere dicendi. Ca·xvii

Icenda sunt quoq; summissa leuiter·incitata grauiter
inflexa moderate. Hoc ē enim illud trimodū genus
dicendi·humile·medium·grandiloquum. Cum enī
magna dicimus granditer ;pferenda sunt. Cum parua dicimus
subtiliter. Cum mediocria tempate. Nā in paruis causis nichil
grande· nichil sublime dicendum est· sed leui ac pedestri more
loquēdum. In causis autem maioribus vbi de deo vel hominū
salute referimus·plus magnificentie & fulgoris est exhibendū
In temperatis vero causis·vbi nichil agit ut agat· sed tantūmo/
do ut delectetur auditor·inter vtrumq; est moderate dicēdum.
Sed & q̄muis de magnis rebus quisq; dicat· non tamē semper
granditer vel docere debet· sed summisse cum docet· temperate
cum aliquid laudat vel vituperat· granditer cū ad conuersionē
auersos animos prouocat. Vtenda tamen verba in summisso
genere sufficiētia·in temperato splendentia·in grādi vehemētia.

De. Cola &. Commata &. Periodo Ca·xviii

Omponitur autem instruiturq; omis oratio verbis· comma·& colon·& periodon. Comma particula est sententie. Colon membrum. Periodus ambitus vel circuitus. Fit autem ex coniunctione verborum comma·ex cõmate colon·ex colon periodus. Comma est iuncture finitio·ut puta. Etsi vereor iudices. Ecce vnum comma. Sequitur & aliud comma. Ne turpe sit pro fortissimo viro dicere. Et factum est colon id est membrum quod intellectum sensui prestat·sed ad/huc pendet oratio. Sicq; deinde ex pluribus membris fit perio/dus·id est extrema sententie clausula. Ita veterem iudiciorũ morem requirunt. Periodus autem longior esse non debet·q̃m ut vno spiritu proferatur.

De. Viciis litterarũ & verborũ & sentẽtiarũ cauẽdis Ca·xix.

Preterea purum & honestum oratoris eloquium ca/rere debet omibus viciis·tam in litteris q̃m in verbis q̃m etiam in sententiis. In litteris·ut iunctura apta et conueniens sit·& sit obseruãdum ne precedentis verbi extrema vocalis in eandem vocalem primam incidat verbi sequentis·ut femine egiptie. Que in iunctura aliter structura melior fit·si cõ/sonantes vocalibus applicentur. Trium quoq; consonantium que se incidentes·stridere & quasi rixari videntur·vitanda iunctura est·id est·x·r·s. ut ars· studiorum·rex· xerxes· error romuli. Fugienda est & consonans m illisa vocalibus·ut verum enim· Preterea carere debet oratio & omnibus viciis que inter prima grammaticorum studia cognoscuntur.

De. Iuncturis verborum. Ca·xx

N verbis quoq; cauenda sunt vicia·ut non impropria verba ponantur·que greci acirologian vocãt. Amanda est ergo ꝓpetas· sic tamen ut nõ aliquando ꝓpter humilitatẽ sordidi aut spurci vocabuli translatis nominibus sit vtendum· non tamen longe accitis· sed ut veris proxima & cognata videantur. Fugienda etiam iperbata longiora· que fieri sine aliorum sensuum confu/sione nõ possunt. Ambiguitas quoq; & vicium illud cauendũ cum quidã iactatione eloquentie ducti·quod vno aut duobus verbis significare poterant· interpositis inanibus vocibus lõga & circumplexa ambage concludunt· quod vicium perisologia vocatur. Cui contrariũ criminis vicium est·ut breuitatis studio

etiam necessaria verba furari. ¶ Fugienda sunt quoq; sicut in litteris & verbis ita & in sententiis vicia que inter prima grammaticorum studia cognoscuntur. Sunt autem cacephaton·tautologia·elempsis· acrologia· macrologia· perisologia· pleonasmos·& his similia. ¶ At contra orationem extollit & exornat. energiatum·emphasis· que plus quiddam q̃m dixerat intelligi facit·ut si dicas·ad gloriam scipionis ascendit. Et virgilius. Dimissum lapsi per funē. Cum enim dicit lapsi altitudinem imaginis suggerit. Huic cōtraria virtus est verbis minuere·que natura sua magna sunt.

De. Figuris verborum et sententiarum ¶ Ca·xxi

Vegetur & ornatur oratio etiam figuris verborum & sententiarum. Nam quia directa & perpetua oratio fatigationem atq; fastidium tam dicendi q̃m audiendi creat·flectenda est·& in alias versanda formas·ut et dicē tem reficiat·& ornatior fiat·& iudicem diverso vultu audituq; deflectat. E quibus plurime superius a donato in scematibus artis grammatice annotate sunt. Vnde tātum illa hic interponi oportuit· que in poemate aut nunq̃m aut difficulter fiunt. In oratione autem libere fiunt. Anadiplosis est congeminatio verborum·ut. Hic tamen viuit·& non solum viuit·sed etiam in senatu viuit. Climax est gradatio cum ab eo verbo quo sensus superior terminatur· inferior incipit· ac deinc quasi per gradus dicendi ordo seruatur·ut est illud affricani. Ex innocētia nascit dignitas·ex dignitate honor·ex honore imperium·ex imperio libertas. Hanc figuram nōnulli catenam appellant·propter quod aliud in alio quasi nectitur nomine·atq; ita res plures in geminatione verborum trahuntur. Fit autem hoc scema non solum in singulis verbis· sed etiam in contextione verborum· ut apud graccum. Pueritia tua adolescentie tue inhonestamentum fuit· Adolescentia senectuti dedecoramentum. Senectus reipublice flagicium Sic & apud scipionem. Vi atq; gratis coactus cum illo sponsionem feci·facta sponsiōe ad iudicem adduxi·adductū primo cetu damnaui·damnatū ex voluntate dimisi. Antiteta que latine contraposita appellantur· que dum ex aduerso ponūtur sententie pulcritudinem faciunt·& in ornamento locutiōis decentissima existūt· ut cicero. Ex hac pte pudor pugnat·illinc petulātia·hinc pudicicia·illinc stupꝝ·hinc fides·illinc fraudatio

hinc pietas·illinc scelus·hinc constantia·illinc furor· hinc bone
stas·illinc turpitudo·hinc continentia·illinc libido· hinc deniq;
equitas·temperantia·fortitudo prudentia. Virtutes omēs certāt
cum iniquitate·luxuria· ignauia·temeritate· cū viciis omnibus.
Postremo copia cum egestate· bona ratio cum perdita·mens sa/
na cum amentia. Bona deniq; spes cum omnium rerum despe/
ratione confligit. In huiusmodi certamine ac proelio huiusmo/
di locutionis ornamento liber ecclesiasticus vsus est dicēs. Con
tra malum bonum & contra mortem vita·sic contra pium pec/
cator·& sic intuere in omnia opera altissimi· bina & bina·vnū
contra vnum. Sinonima est quotiens in connexa oratione plu
ribus verbis vnam rem significamus·ut ait cicero. Nichil agis·
nichil moliris·nichil cogitas. Et item. Non feram·non patiar·
nō sinam. Epanados quam regressionem nōnulli nostri vocāt
principium dignitas erat· pene par·non par fortasse eorum qui
sequebantur. Antapodosis quotiens media primis & vltimis
conueniunt. Vestrum etiam hoc factum reprehendo patres cō
scripti non meum ac pulcerrimum quidem factum· verum ut
dixi·non meum sed vestrū. Paradisiastole est quotiens id quod
dicimus interpretatione discernimus· cum te ,p astuto sapientē
appellas·pro inconsiderato fortem·pro inliberali diligētem. An/
tanaclasis est que eodem verbo contrarium exprimit sensum.
Querebatur quidam de filio cur mortem suā expectaret·respon
dente·nō expecto·immo peto inquit ut expectes. Antimetabo/
le est conuersio verborum·que ordine mutato contrariū efficit
sensum. Non ut edam viuo·sed ut viuā edo. Et illud. Si consul
antonius·brutus hostis. Si ꝯseruator reipublice brutus·hostis
antonius. Exoœn q s eos appellauit? appius·q s ,pduxit appius?

De. Figuris sententiarum. Ca·xxii

Nunc figuras sententiarum quas operepreciūm ē cog
noscere persequimur. Sentētia est dictū impersonale
ut. Obsequium amicos·veritas odium parit. Huic si
persona fuerit adiecta·crian erit ita. Offendit achilles agaméno/
nem vera dicendo. Metrofanes promeruit gratiam mitridatis
obsequendo. Nam inter crian & sententiam hoc interest·q; sen
tentia sine persona profertur·crian sine persona nunq̄m dicitur
Vnde si sententie persona adiciatur fit crian. Si detrahatur fit
sententia. Sententiarū species multe sunt·alie sunt indicatiue

Alie pronunciatiue·ut. Nusq̃m tuta fides. Alie imperatiue·ut
Vade age nate voca zephiros & labere pennis. Alie admiratiue·
ut. Tante ne animis caelestibus ire. Alie comparatiue·ut. Si vin/
co & pereo·quid ibi me vincere prestat? Alie superlatiue q̃ cum
aliquo motu animi et indignatione promunt̃. Quid non mor
talia pectora cogis auri sacra fames? Alie interrogatiue·ut. Iuue/
nes que causa subegit ignotas temptare vias. Quod genus·vnde
domum·pacem ne huc fertis·an arma? Alie responsiue·ut illinc
istinc. Alie deprecatiue·ut. Eripe me his inuicte malis. Alie p/
missiue·ut. Parce metu cithare manent immota tuorum. Alie
concessiue·que impulsione prohibeant·ut. Sequere italiã ventis
pete regna per vndas. Que tamen ne non intellecta sit persuasio
permixta sunt aliqua que vetent latenter· ut ventis per vndas.
Alie demonstratiue·ut en ecce. Alie optatiue·ut. O michi prete/
ritos referat si iupiter annos Alie derogatiue·ut nequaq̃m. Alie
que cum exclamatione proferuntur·ut. Quis furor o ciues pacẽ
conuertit in arma? Et cicero. O dii immortales vbi nã gentium
sumus? Alie exhortatiue· cum ad sententiam prouocamus· ut
Aude hospes contemnere opes. Alie dehortatiue cũ a contrario
vicio peccatoq; reducimus. Sunt & affirmatiue·ut qd ni qppe.
Praeceptiue·ut. Nudus ara·sere nudus·& habebis frigore messes
Vetatiue·ut. Neue inter vites corilum sere·neue flagella summa
pete. Negatiue·ut non minime. Sunt & miratiue·ut. Pape viue/
re non licet & fornicari libet. Dolentis·ut. Hei michi q; nullus
amor est sanabilis herbis. Flentis similitudinis. Sic ut creta fer
tur quondam laborinthus in alta. Admonentis· irridentis·ge/
mẽtis·exoratiue·consolatiue·commiserantis·quorum quot sunt
genera·tot & in pronunciando voces. Sunt & anfidoxe·quarũ
pars honesta est·pars inhonesta·ut. Non est tua tuta voluntas·
magna regna petis pheton. Sunt & alie procatalempsis cum id
qua nobis obiici potat ante presumimus ad diluendũ· ut siq;s
nostrum iudices aut eorum qui assunt forte miratur. Sunt &
aporie dubitatio simulantis nescire se que scit·aut quomodo di
catur. Ononosis autem dicitur communicatio consilii cũ iudici
bus·aut aduersariis·ut si dicas. Vos consulo iudices·aut vos ad/
uersarii quid me facere cõueniret· aut quid vos facturi fuissetis
Paradoxon est cum dicimus inoppinatum aliquid accidisse·ut
p flacco cicero· cuius laudis pdicator esse debuerit eius periculi

deprecatorem esse factum. Epitrope id est permissio· cũ aliqua
ipis iudicibus·aut aduersariis pmittimus existimãda·ut caluus
in vaticinio·perfrica frontem·& te digniorem qui pretor fieres
q̃m catonem. Parisia est oratio libertatis & fiducie plena occidi
non spurium melium & cetera. Qua figura caute vtendum est·
ut cicero·pmisit enim ratione. Ethopopeia est cum sermonem
ex aliena persona inducimus· ut pro celio tullius facit appium
cecum cum clodio loquentem. Energia est rerum gestarũ aut
quasi gestarum sub oculis inductio· de qua locuti iam sumus.
Metbatesis est que mittit animos iudicum in res preteritas aut
futuras hoc modo. Reuocate animos ad spectaculũ expugnate
misere ciuitatis·& videre vos credite incendia·cedes·rapinas·di/
reptiones liberorum· vel viuorum corporum iniurias· captiui/
tates matronarum·trucidationes senum. In futurum autem an/
ticipatio eorum que dicturus est aduersarius· ut tullius ꝓ mi/
lone cum mittit animos iudicum in eum locum reipublice sta
tus futurus est· etiam si occiso milõe clodius viueret. Apposio/
pesis est cum id quod dicturi videbamur silentio interdicimus
Quos ego sed motos prestat componere fluctus. Epanalemsis
est digressio. Tulit calor me dicendi·& dignitas rerũ paulo lon
gius q̃m volebam· sed redeo ad causam. Anaminisis est cõme/
moratio eius rei quam oblitos fuisse nos fingimus. Aparasis ẽ
cum id quod in animos iudicum quasi deposueramus oportu
ne reposcimus. Ethimologia est cum proponi oportune repo/
scimus aliquid·eiusq; causam et rationem reddimus. Caracteris
mus est discriptio figure alicuius expressa·ut. Omnia mercurio
similis voceq; coloremq;. Et crines flauos & membra decora
iuuenta. Litrismos est cum plures sensus breuiter expeditos in
vnum locum coaceruat & cum quadam festinatione decurrit·
ut cicero. Rempublicam quirites vitamq; omnium vestrũ bõa·
fortunas·coniuges·liberosq;· vsus·& cetera. Vronia est cum per
similitudinem diuersum q̃m dicit intelligi cupit. Fit autem aut
cum laudamus eum quem vituperare volumus. Aut vitupera/
mus quem laudare volumus. Vtriusq; exemplum erit. Si dicas
amatorem reipublice cathilinam·hostem reipublice scipionem.
Diasismos ea que cum magna sunt verbis minuit aut minima
extollit. Efin est quotiens in eodem sensu diutius immoramur
ut Cui tandem pepercit? Cuius amicicie fidem custodiuit? Cui.

bono inimicus non fuit? Quando nō aut accusauit aliquē·aut verberauit· aut prodidit. Epangelia est promissio qua iudicem attentum facimus pollicentes nos aliqua magna aut minima dicturos. Prosopopeia est cum inanimalium & persona & sermo fingitur. Cicero in catilina. Etenim si mecum patria meaq; michi vita mea multo est carior loqueretur dicens & cetera. Paratesis est cū quasi deponimus aliquid imperfectum apud memoriam iudicum repetituros nos dicentes cum oportunū fuerit. Peusis est soliloquium cum ad interrogata ipi nobis respondemus. Sinosis est cum differimus aliquid petētes·ut aliud interim nos permittant dicere

Ca·i

INCIPIT·LIBER·TERCIVS·DE·DIALECTICA·

DIALECTICA·EST·DISCIPLINA AD·DISCERNENDAS·RERVM CAVSAS·INVENTA·IPSA·EST philosophie species·que logica dicitur id ē rationalis·diffiniendi· querendi·& disserēdi potēs. Docet enim in pluribus generibus questionum quemadmodum disputando vera & falsa diiudicetur. Hanc quidem primi philosophi in suis dictionibus habuerunt·non tamen ad artis redigere peritiam. Post hos arestoteles ad regulas quasdam huius doctrine argumēta pduxit & dialecticam nuncupauit· pro eo q; in ea de dictis disputatur Nam lecton dictio dicitur. Ideo autem post rhetoricā disciplinam dialectica sequitur·quia ī multis vtraq; cōmunia existunt

De. Differentia dialectice & rhetorice artis Ca·ii

Dialecticam vero & rhetoricam varro in nouem disciplinarū libris tali similitudine diffiniuit. Dialectica et rhetorica ē quod in manu hominis pugnus astrictus· & palma distensa. Illa verba contrahens. Ista distendens. Dialectica quidem ad disserendas res acutior· rhetorica ad illa que nititur docenda facundior. Illa ad scolas nō nunq̄m venit· ista iugiter procedit in forum. Illa requirit rarissimos studiosos hec autē frequēter & populos. Solent autē philosophi ante q̄m ad isagogen veniant exponendam·diffinitionem philosophiae